Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



90.

Epistola ad S. Chrysostomum ~~ellent~~ titulus et exordium ~~mera~~ ~~rotu~~ adversione digna videntur. Incipit Epistola S. Vigilii de laudibus beatissimorum Martyrum, Sisinnii, Alexandri, et Martyrii, quorum reliquiae per Jacobum virum illustrem ad Joannem Episcopum urbis Constantinopolitana pervenerunt. Ad Joannem urbis Constantinopolitanae Episcopum. Ad sanctas aures novus caritatis hospes non aliter applicaret, aut verecundiam primi motus non provocaret, vel imbueret ignotus alloquium nisi provocaret et premium. Ab homine itaque Apostolico, Fratres carissime, praesentis tenor atque epistolae incipiet plenitudo, ut facili confinio intelligas, quod Martyrum praeconia subsequantur. Jacobus etenim desideriorum caelestium vir fidelis, Comitivam reclinaturus, in Christi comitibus dignitatem, Sanctorum recentium et vapore humanum reliquias postulavit. Reclinaturus, dixi, quia deponi non potest, quae apud Dominum dignitas cumulatur. Jacobus hic ~~vir S. Vig~~ Vir illustris et Comes, id est, Praeses seu Gubernator provinciae fuit. Quod officium, cum magis ad caelestia quam ad terrenas dignitates anhelaret, deposuit; petiitque sibi committi SS. Martyrum reliquias Constantinopolim deportandas. In hoc omnes consentiunt. Sed, cujusnam loci aut provinciae Comes fuit? An idem cum Praefecto legionis III Italicae in arce Teriolensi sub hoc tempora residente? an idem cum Viro vel Comite spectabili provinciae Raetiae I et II? Dubitat Reichius, hoc alterum affirmat Hochmannus in Valentino C. 8. Ego Velserus in Notitia Imperii ~~non~~ legit: Sub dispositione viri spectabilis Duis provinciae Raetiae primae et secundae, non Comitis. Hinc puto magis, Jacobum fuisse Ducis subordinatum, vel Praefectum Legionis III Italicae, vel ~~alterius~~ cujusdam loci Praesidem. Nihilominus hinc apparet, Magistratus nostra provinciae jam tum fuisse aptime catholicos Christianos atque Catholicos. De cultu SS. Sisinnii, Martyrii et Alexandri vid. Reichius Annal. Sab. sec. IV, S. 53 et seqq.

(Generido nimirum, teste Zosimo l. 5.)

119) Acta S. Vigilii apud Papebrochium ad 26 Junii; et quinque de S. Vigilio ~~seqseqq~~ tridentino seqseqq. Corpus Martyris Tridentum reportatum multis statim miraculis claruit, et in Templo cathedrali hodiedum summa religione colitur. Cultus ejus non solum in tota Tirolii, sed in orbe universo amplissimus est. Ejus honori dedicata est Ecclesia parochialis inferior Rajensis, et alia quam plurimae. Vid. Reichius Annal. sec. IV, S. 562 et seqq.

Coutnerus Hist. Wessof. ad sec. VI. C. 4: Ecclesia parochiali S. Joannis Baptistae in Rott subjecta est tanquam filia Ecclesia S. Vigilii in Wilpurgried. --- Addo, antiquam observationem esse, quod daemoniaci nostram hanc S. Vigilii Ecclesiam accedentes mire saeviant, nec nisi vi facta illam ingredi valeant.

120) Claudianus de bello getico. Velserus Rer. Aug. l. 8.

121) Idem ibidem.

122) Claudianus in VI Consul. Honor.

123) Zosimus l. 5.